



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

99 Rarißimè & non nisi grauiß. de caußis leges mutare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

- mas esse promulgandas, propterea quod si Magistratus suo fungatur munere, legum multitudine sit superuacanea; si non fungatur, molesta & penitiosa. (Alex. lib. 16. c. 14.)
1. Sunt perspicuae, non obscuræ, nec ambiguæ scriptæ, aliás interpretationes variæ, controuerse infinitæ oriuntur. (Demost. in Timocratem, imp. in Conf. nou. 77.)
  2. Sunt de ijs, quæ possunt fieri. (Alex. lib. 3. cap. n.)
  3. Sunt iusta, & subditis utiles, & quæ controversias paucissimas pariant, ortas dissidia subito tollant. (Isocr. in Nicocle.)
  4. Sunt consuetudini, moribus, locis, temporibus, personis, conuenientes, respiciant maxime Reip. cuiusque formam. (Arist. z. Pol. c. 4.)

## SIGNVM XCIX.

RANISSIME, ET NON NISI MA-  
ximis, iustissimisq; de causis Leges (nervos ci-  
uitatis) mutare, seu veteres abrogare, &  
earum loco nouas surrogare, seu sub-  
stituere, & introducere.

VI in morbis non sunt tentanda noua reme-  
dia, si veteribus possit ijs succurri: ita non  
eli cogitandum de nouis legibus, si Reip. incom-  
modis medicina aliqua possit adhiberi veteri-  
bus.

1. Charondas apud Locrenses legem tulit, vt si  
quis legem abrogare veterem, rogare nouam,  
veller collo in laqueum inserto id faceret, vt si  
illa

illa displiceret, & non probaretur, eo ipso frangularetur, (gula ei frangeretur, attractio lagena moreretur;) & si videretur bona, eius auctoritate columis abiret. (*Diod. Sic. lib. 12.*) Democritum *Timocratem* idem de Thurijs affirmat, & alienum hinc factum esse, vt apud Locrenses ducentiarum lex nulla fuerit lata. *Arist. 2. Pol. c. 6.* alii legum abrogationem enerare Remp. & contemptum adferre Principis, & consuetudinis regem de præmijs inuentorum rerum omnium plausibilem quidem, at periculosam esse.

Xenophon, *lib. 7. Cyri:* Mutatio, ait, que fit latim, efficit ut omnis natura mutationem. Docet hoc Deus ipse, qui paulatim nos dicit ex hyeme ad vehementes aestus tolerandos, & adestu ad hyemem vehementem, quem immunit ad quod eundum est assuefacti antea, non dilatetur imus. Observandum ergo, ne temeriter subitoque, sed maxima tantum urgentia necessitate, utilitate evidenterissima suadente, & pacem, & cum consensu populi, totiusque Magni-  
tus leges antiquentur, ferantur noue.

2. *Carolus Magnus* parcissimus fuit in condonis nouis legibus, sed in veteribus relinquit, ut seruarentur, multus fuit. *Baron. Tom. 3. o. Christi 801.* Nam vt sine valetudinis officiis nemo subito vietus rationem mutat: ita res gestes sine maxima rerum conuersione. *Reflexus* *gostinus, epist. 118.* Ipsa mutatio consuetudinem iam quæ adiuuat utilitate, nouitiae perturbat. *Cleon apud Thucyd. lib. 3* ait: Eam Remp. quam illis quidem, sed tamen immotis legibus, utrumque stantiorum esse illa, quæ bonis quidem legitur; sed tamen mobilibus & inconstans-

Lacedamonij 700. annos vniis legibus, & nunc  
mutatis, moribus pacatissimè vixerūt. Cic.  
L. Flacco.

Augustus Casar, apud Dion. lib. 52. sic allo-  
quitur Senatum Rom. Positas semel leges consta-  
ter seruare, nec ullam earum immutare. Nam quæ  
in suo statu, eademq; semper manent, et si sint nō  
sibil virtuosa, utiliora tamen sunt his, quæ per in-  
novationem vel meliora inducuntur.

Idem sub initio Imperij, non omnia statim, ut  
decreta erat, exsecutus est, veritus, ne parum  
succederet; si simul homines transferre & in-  
vertere vellent; sed quædā ex tempore disposuit,  
quædam reiecit in tempus. Ibid.

Frequens legum mutatio & abrogatio, institu-  
ta & consuetudinē ciuitatis violari facit, & ob-  
temperandi consuetudinē eneruat. Nam mutatis  
se legibus, ciues ipsis obedire non assuecantur.  
Et si præscribat ratio, ut melioribus inuenientis, an-  
tiquiores ē tabulis ciuitatis dispungantur; si tamē  
consensus populi in hac re non sit, cicatrix potius  
ferenda est, quam nouū & lethale vulnus facien-  
dum. Nam quamvis posteriora cogitata hominū  
meliora sint prioribus, nō tamen sunt illa statim  
accedere admittenda. Nam ut consuetudo veter-  
rum facile non amittitur: ita vñus nouarum re-  
fū haud facile approbat: imò plena periculis,  
(periculosa, pernitosia, & *θαραρόπος*,) ple-  
na procellis est omnis rerum in ciuitate commu-  
tatio. Quare si meliore lege inuenta, Magistratus Ex muta-  
veterem velit abradere, cautē, sensim, ac pru-  
denter se gerat, cūm, ut in corpore victus mu-  
sepe tem-  
titio morbum, si sit subitanea; ita in ciuitate pestas sedē-  
legis mutatio malum, (ouuum scorpionis, seu, tioniis se-  
lemon quitur.

*Lex est nor-  
ma & ani-  
ma Reip. &  
lingua ciui-  
tatis.*

semen seditionis & inobedientiae) si sit inconsiderata, gignat. In pugna Leuctrica cum Lacedemoniorum multi fugissent, iisque legibus prout dare deberent, Ephori, reputantes ciuitatis desertam egere militibus, cupiebant eam non in ianam militibus remittere; simulque re leges. Deligunt igitur Agesilaum nouarum gum conditorem. Is prodiens in suggestione inquit, alias leges haudquam latentes, enim his, quas habetis, aut addituras sumus, aut detracturus, neq; quicquam omnium mutare. Sed mihi rectum videtur, ut leges, quae a die crastino robur habeant & authoritatem. Eo commento simul & praesenti ciuitatis necessitatibus consuluit, & periculorum mutandorum exemplum à Rep. exclusit, uno iohannem legibus abrogatis.

Plut.

## SIGNVM C.

*Legibus obtemperare.*

LEGIBVS SE SVBIICERE,  
q̄s q̄s parere.

1. **A** Egyptiorum Reges, nil agebant potestis affectibus, sed omnia iuxta legum dicta existimantes parendo legibus se beatos fore vni erga subditos iustitia, omnium benevolentia ad eum assediti sunt, ut non solum sacerdotes singulis Aegyptijs maior Regis, quam viro filiorum, aut aliorum Principum salutinem cura. *Diod. lib. 1.c.6.*
2. *Augustus Caesar filiam & neptem obpositam prostitutam in insulam relegavit.* (ad. 6, Ca-